



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-168976-p0002-0

DFG

1790.

1. Welch, Georgius Fridericus: De negotiis et actionibus us
mcluse extoris . . . partim ius pro jure nullis
partim a procuratore res cindendis.
2. Welchius, Carl Frid., Ord. iur. 12 decanus: De usu ac
praestantia reformationis Francfurtensis in jure Ger-
manico. Disquisition, qua . . . de Consuetudine
disputationem iung. indicat.
3. Welchius, Carolus Fridericus: De jure prioritatis
in fraudem aliorum exortum impetrato.
4. Welchius, Carl Frid., Ord. iur. 12 decanus: De usu ac praec-
stantia reformationis Francfurtensis in jure Ger-
manico. Disquisition, qua de Wolfgang Teutonis Digni-
tationem iung. . . indicat.
5. Welchius, Carolus Fridericus: De jure specificatione
loco inventarii exhibiti.
6. Welchius, Carl. Frider., Ord. ius. 12 decanus: Problema
Inventarii in l. alt. C. de usur. et fract. leg. seu
fiduc.

1792

1. Schulteig, Iur. Christianus ac: Progrinus: 9 Auslese
a circulatum imperii subtiles orines perduellioris con-
mitti posse? dissertationis in aed. Christopori Friderici
Sebastiani et Eckardi premittum.

2. Walchias, Carolus Fridericus: De origine et causa
pecuniae executionis, Germanice Haupfeld, ut
et de eo, quod circa idem factum est

3. Kretschmann, Theatr: In renuntiacione simpli-
citer facta his cuius denudigen usque, si paches,
qui pachij tempore existebant, nullis mensulis
sed tantum pachibus velatis decresserint, pache-
re, amstee renuntianti in portione, quam
pachibus cent, iuspluvium eae passint?

1794.

1. Curtius, Carolus Georgius: De re vindicatione ju-
nitionis: archis et uoxem luctibus circumscripta.

1794

2. Eckart, Dr. Theodorus, ab, Ord. iur. Decanus: Deinde
emendae Lexicae vulgo Sachsenbure ejusque cum
achore l. Aquitiae universi. simique ad saltem
mag. Lenti Georgii Curtis iustitiae.

3. Gerner, Christ. Thipp: De jijmio vero et fato

4. Vitell, Petrus Nicolai: De laetione enormi in
negotio mercatoris Hamburgensis et scelus. Hm.
long p. II lib. 8. art. 19.

1795

1. Thipp, James Henr. : De ratione inter rizum
et unorum secundum statuta Lubecensium dic
liberorum consensu inviolata.

2. Walchius, Carolus Historicus, Ord. iur. Decanus: De juri
bus creditorum inscriptorum Megapolitaniis part. pos
terior, que Dr. Henrici Thipp . . . M. patetrum
Inaug. . . . indicat.

1796.

1. Reichart, Th. Augsterus, Ord. pas. decanus: De cane maleficiorum in lagatore simulacrum solumnis in ang. Friderici Marci Linthetmer indest.
2. Walchius, Carolus Fridericus: De testamentis Francorum diversum coram tribus Senatoribus vel consueta etiam cum Tis. Accensis: Reichart. Th. Augsterus: De cane maleficiorum in lagatore

1797.

1. Eckart, Th. Ludovicus, de, Fac. pas. decanus: De libris Calendario In duas subtractis etiam juri passim cendi substitutis simulacrum ad Dissertationem B. in ang. Caroli Guntidini Walchii suorat
2. Reinkerten, Christianus Fridericus: De jure condicione cum fulminis.
3. Walchius, Carol. Fridericus: Pro stipulatione danni infecti aediam nomine interponere ac 1. 24 § 12 de causa infecto part. I, qua resp. in ang. Christianus Friderici Reinkerten . . . indest.

1799.

me? Wach, Carolus Gutsclaus? *De prescriptione servitium
in my constitutiva.*

799.

Tunc apud. Huygenslaet, Prælaus: *Si facillate, recordens
a tracto intra Cistalioris terminum, ob decessore -
litionem prædicti, casu exortam, Cistalioris Dnegaa -
da.*

Wenber, Christianus Ludovicus: *De usi punctuariis
et hinc belli modica lantum obligatis*

800

Breyer, Carol. Wey. Tri: *De justitia Aragonum;
Fragmenta, complectens saccinetam Augus magistratus
historiam ab a. 1378 usque ad a. 1479.*

512

Hans'



194
194
194
194
194

Weser entdämmt & verlängert, Wett &
Pfeil, Inseln und Felsen entstehen, zahlreiche
Meerfrüchte eingetragen, Sandstrand entsteht.
Große Störung im Industriegebiet.

194
194
194
194
194

Weser entdämmt & verlängert, Inseln entstehen,
Höhenlage der Flächen wird erhöht, entweder durch
eigene Uferbewehrungen oder durch einen
neuen Uferdamm errichtet, es entstehen
große Wasserflächen, die als Seen dienen.

Weser entdämmt & verlängert, Wett &

194
194
194
194
194
194

Die Höhe entlang eines mit dem Lande
verbundenen Kanals, der zu einem See
ausgestaut ist, wird durch jenseitige
Bauwerke, wie Dämme und
Durchquerungen, erhöht, um auf
einer anderen Stelle wieder abgesenkt
zu werden. 194. 194. 194. 194. 194. 194.

194
194
194
194
194
194

Am unteren, Christianshavns Kanal
in Kopenhagen, wird eine
große Fläche ausgetrocknet.

194
194
194
194
194
194

194
194
194
194
194
194

In Stockholm wird ein neuer
großer Flughafen, der Stockholms
internationalen Flughafen, entstanden,
der zweite nach dem ersten, für den Verkehr
mit Europa und Amerika bestimmt.

NEGOTI
TUR
PARTIM A
GARON

40
A4
1795,1

DISSE^RTAT^O IN AVGVRALIS
DE
D O N A T I O N E
INTER VIRVM ET UXOREM
SECUNDVM STATVTA LVBECENSIVM SINE LI-
BERORVM CONSENSV INVALIDA

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
C A R O L O A V G V S T O

DUCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

EX

DECRETO ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

PRO
SVMMIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS
RITE CONSEQUENDIS

A. D. XXVIII. Maii. CLO IO CCLXXXV.

P V B L I C E D E F E N D E T
A V C T O R
JOANNES HENRICVS KIPP
LVBECENSIS.

I E N A E,
LITERIS FIEDLERIANIS.

DOMININA THEOLOGIE
INTER VIRGINEM ET APOSTOLEM
ACEDIAMUNICERIAMUNICERIA
RECORAM CONSERVAM INADDIAM

647
PROTESTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERVITISSIMO TRINICIPLE AG DOWNE

DOMINIO
CAROLI AGASTO

DECRETO LAETITIA INTRICOSA TOTUM CHINIS
ELEGIT HABET HABET HABET HABET HABET

DECRETO LAETITIA INTRICOSA TOTUM CHINIS

SEMINARE IN ELEGIT HABET HABET HABET HABET

LAETITIA INTRICOSA TOTUM CHINIS

AUTOR AUTOR AUTOR AUTOR

LAETITIA INTRICOSA TOTUM CHINIS

LAETITIA INTRICOSA TOTUM CHINIS

LAETITIA INTRICOSA TOTUM CHINIS

INCLYTO
LIBERAE SACRI ROMANI IMPERII
REPUBLICAE LUBECENSIS

SENATUI

VIRIS

MAGNIFICIS, GENEROSIS, EXCELLENTISSIMIS
CONSULTISSIMIS, AMPLISSIMIS
PRUDENTISSIMIS

DOMINIS CONSULIBUS

DOMINIS SYNDICIS

DOMINIS SENATORIBUS

DNO. PROTONOTARIO

DNN. SECRETARIIS

INCIPIT

PATRIAE PATRIBUS

FIDELIAE SACRI ROMANI IMPERII

M A E C E N A T I B U S

L I N T A M K E
FAUTORIBUS INDULGENTISSIMIS

BENIGNISSIMIS

SPECIMEN HOC QVALECVNQVE

CONSECRATI
ACADEMICVM
PUBBLICISIMIS

DOMINI DOMINI QVA DECEP

PIETATE AC REVERENTIA

CONSECRAT

DOMINIS SENATORIBUS

DNO PROTONOTARIO

DNM SECRETARII

AUCTOR.

...
...
...
...
...
P R O O E M I V M.

Elegerat inter alia iuris capita illustris iurisconsultorum ordo, quum progressionum mearum in iure faceret tentamen, ex Digestis l. 48. de donationibus inter virum et uxorem, quam consueto in scholis more resoluerem et explicarem. Occasione cum mihi praeberet demandata haec commentatoris sparta, omnem Juris Romani theoriam de donationibus inter v. et v. considerandi paullo accuratius, tam multa mihi obuenierunt singularia, ut statim mihi animus esset, videndi, quid de huiusmodi donationibus patria disponerent iura. Euolui igitur patrium codicem inuenique ibi Tit. 6. 1.
1. qui totus huic doctrinae dicatus videtur. Placuerunt vero mihi, quum iam in eo essem, ut Dissertationem aliquam ederem, tanto haec leges opere, ut me statim inuaderet cupido, aliqua de iis differendi. Quae quidem cupido nimium

in.

in modam augebatur, quam viderem, occasionem mihi hunc praebere titulum, plura Juris patrii singularia considerandi et explicandi. Jure enim quodam suo postulat patria, ut non omnino suarum legum ignarus redeat iuuenis, qui operam dedit iurium studio. Licet vero voluerim initio in totum huic commentari titulum, tamen mutauit postea consilium, ac tantum aliqua in verba art. 1. finalia differere mecum confitui. Obueniebat enim mihi dissertatio de omni hac materia non multos ante annos conscripta *), ac tot mihi abundare videbatur singularibus hicce titulus Juris patrii, ut ea omnia non rite dissertatione quadam exhaustiri posse arbitrарer. De consensu igitur liberorum ad donationes parentum inter se necessario iure Lubecensi pauca pro temporis ratione proferam. Voluisse me non omnino patrii iuris ignorarum esse, hoc forsitan ostendam specimen qualicunque academico. Si forsan errores admiserim, quibus tam breuitas temporis, quam negotiorum multitudo, tam imperitia, quam subsidiorum inopia dederit ansam, opto, ut ignoscantur nobis beneuelle. Non enim ex quadam scribendi cupiditate, sed inbente necessitate publicum hoc edimus specimen. Loquitur iuuenis ac iuuenilia sunt, quae profert, ac modestia ea profert iuuenili.

*) Hermannus a Dulin de donationibus inter v. et v. ad l. l. Th. 6.
art. 1. 2. Juris Lubecensis. Goettingae 1768.

§. x.

Continent flatuta Lubecensia multa Juris Germanici praecepta.

Contigit quidem plerisque ciuitatibus Germanicis, introducto iure Romano, ut maxima ex parte mores patrios negligerent atque illos cum institutis Romanorum eorumque praeceptis commutarent, neque minus dulcissima in patria euenit, ut quum primum Joachimus Kollius paulo post autem Ieannes Ludinghausen, Calixtus Scheinius, atque Godescalcus de Sieten, quibus cura renidendi leges patrias effet demandata a), munere hoc fungerentur, a pristina morum integritate deflecterent, ut suo tempore recte animaduera^tit Christianus Henricus Eckhardus b), iuris consultus elegantissimus; tantum tamen abfuit, ut modo memorati viri, vestigia aliorum iuris reformatorum premerent, ut religione potius sibi ducerent, praecepta contempnere, quae a pluribus abhinc seculis sancta Lubecensibus fuerunt atque ab iis semper conservata. Quum vestigia juris patrii rara sunt ac minime in quauis pagella obvia in aliis ciuitatum iuribus, reformatio scilicet Francofurtensi, Norimbergensi ac Vormatiensi: nostra statuta Lubecensia ab iis mirum in modum se-
fe

a) Riccius von den Stadtgesetzen und b) hermeneutica iuris l. 2. c. I, §. 14,
statutis der Landstädte l. 1. l. 1. p. 684. ed. ill. Walchii
§. 4. seqq.



se distinguunt atque innumera capita iuris patrii nobis exhibent: illa vero saepenumero ita commixta sunt cum peregrinis principiis, ut sub iis lateant et hanc fratim in oculos cadant. Vbi quisquam loca eiusmodi paulo curatius considerat; profecto ille mirabitur, dum illa ipsi campum aperire videt, quo vetustissima iuris prudentior Germanici dogmata eruere potest atque iis lucem accendere.

§. 2.

Reperiuntur illa quoque in l. 1. t. 6. de donationibus inter virum et uxorem.

Inter illa loca iuris Lubecensis, quae patris mores antiquissimos sapient, hocque nomine potissimum attentionem excitant iurisconsulti, merito sanctionem hanc resero, cui iam studia mea consecro. Id quod eo maiori iure facere me arbitror, quo certius est atque evidenter, conditores juris nostri saepius placita maiorum in memoriam reuocasse, ubi definire vellent, qua ratione donationes inter virum et uxorem sint permittendae. Profecto hanc quaestionem non tetigissent; nisi recordati essent, prohibitas esse iure Romano eiusmodi donationes, eandemque ob causam opus quoque esse crederent, ut decernerent, quatenus hac in re discedere licet Lubecensibus a peregrinis institutis. Nullo tamen modo illi, qui semper patrum morum strenui erant custodes ac vindices, ipsis supersedebant, sed utraque potius particula huius legis idem satis superque demonstrabant. Quum alteram c. ita formabant: *Welch Mann oder Frau, die da keine Kinder mit einander im Ehestand gezeugt, vor dem Rath treten und ihr Gut gegen einander reciproce doniren und auflassen, ist dann die Frau bevormunder, so ist die Uebergabe kraftig von ihrer beiderseits erworbenem Gute, doch sollen sie ihrem nächstem Erbenbemern einem jeglichem acht Schilling vier Pfennung verlassen. Da aber solche donation jemand ansechten wollte, ist er binnen Landes, so soll er das thun in Jahr und*



und Tag; ist er aber über See und Sand, so bleibt er unverzäumet, respiciunt solum ad conjugum donationes prole orbatorum. Tantum abest, ut ipsis facultatibus, eiusmodi donationes ineundi cum Romanis denegarent, ut potius eas celebrari posse statuant hancque regulam tantum limitibus circumscribant quibusdam, quos tamen omni discriminine remoto petunt ex patriis iuribus. Ad haec tantum respiciunt, quando donationem haud validam esse tradunt; nisi uxor curatorem sexus habeat d). Memores sunt porro instituti, quod Lubecensium est proprium, iis, qui gnari solum iuris Romani plane incognitum, nimurum legitimae illius Lubecensis, hancque proximis cognatis referuant e). Cauent, ne impugnetur donatio conjugis, postquam anni spatium esset praeterlapsum, hocque tantum finito illo spatio permitunt ei, quem longinquum iter maritimum impeditret, quo minus huius temporis rationem haberet f). Eodem etiam modo antecedens lex ardorem illum legislatorum erga patria iura satis abunde probat, quam ibi de donationibus loquitur conjugum, quorum foecunda sunt matrimonia.

S. 3.

Probatur illud ex antiquioribus Juris Lubecensis.

Longe ille falleretur, qui perfusum haberet, auctores Iuris Lubecensis ex iure Romano haußisse, quae hisce de donationibus sanctiunt: *Welch Mann oder Weib die in der Ehe sitzen und Kinder mit einander erzeugt haben, können ihre Güter einander geben noch schenken, das es zu Recht häufig sey; es verwilligen denn die Kinder darin; sed eos solum patrum aus tradere, quod a multis abhinc seculis penes Germanos obtinuit, partim ex ipsis iuribus antiquioribus liquet, partim ex vetustissimis aliis legibus, litterarumque mo-*

A 2

nu-

d) E. Otto de perpetua seminarum tutela Duisburg, 1719.

Walchit hac in academia 1785. defendit.

e) I. M. Ackermann de legitima Lubecensi, diff. quam auspiciis perill.

f) L. G. Heineccius de præscript. annuali iuris Lubecensis a communi diversa. Halle 1734.

4

numentis. Continet iam iustitia Lubecensis, quae, uti constat, antiquissima collectionum illarum iuris Lubecensis, quae benigniore fortuna usque ad nostram aetatem sunt conseruatae, decretum quoddam, quod sine dubio illud pепerit, de quo iam dispuo. Constat hoc, uti E. I. de Westphalen g) nobis exhibet, sequentibus verbis: *cum masculus et femina matrimonium contraxerint, et tam iste, quam illa legitimam prolem habuerit, nec iste, nec ista bona cuiquam poterit donare sine liberorum suorum conniuentia; id est: Villekoer.* Legitur idem non minus in codice illius patro sermone scripto, qui in cancellaria Lubecensi adseruatur et a memorato. Westphalen b) ita exhibetur: *Sowor en man unde en vrouwe sic samet mit echtschap unde funderlike bebbhen echte Kindere, ne weder de man, noch de vrouwe de mögen eres ghodis nicho to hope geven funder der Kindere willkore, dat it stede möge sin.*

Simili ratione idem deprehendimus decretum in codice illo iuris Lubecensis Dantiscano, quem venerandus et de patria meritissimus senex, J. C. H. Dreyerus i) publici juris fecit. In iis etiam codicibus, qui seculo decimo quarto conscripti sunt, ac primum editi a H. Brockeio adhuc clarius id iam traditur, quod in recentioribus statutis continetur. In uno legimus: *wor en mannde en vrouwe sic samet mit echtschap unde hebbhen se funderlyken echte Kindere noch de man noch de vrouwe mogben ere Gudi tosamende nicht vorgbeven funder mit vulborderer Kinder, dat iadt stede mogbe sin; alter eadem paulo brevius ita exhibit: und wen ein man und vrouwe sic vorlaven mit echtschap und dorh funderlichen bebbhen ebre Kinder und de Frouwe, noch de man mögen shres Guds vorgeven funder der Kinder willen, dat stede möge bliven.*

§. 4

Comparantur hoc nomine inter se memorati Codices:

Distant omnia haec iura Lubecensia partim aetate inter se: partim auctoritate. Si ante omnia ad illam respicimus, haud quidem tempora attingunt

g) Tom. 3. monum. inedit. p. 619.

b) ibid. p. 638.

i) *Sammlung vermischter Abhandlungen*

T. I. p. 445.

singunt *Henrici Leonis ducis*, qui primum Lubecensibus, uti cuilibet notum est,
 iura dedit. Satis docuit *per illustris Dreyerus*^{k)} codicem illum *Henrici Leonis*
 perisse, illosque, quos publici juris fecerunt *Weßphalen* atque *Dreyerus* secu-
 lo decimo tertio comparuisse certum est, quum id liqueat ex prooemiis iis praemissis.
 Cum illis eos codices, quos in lucem emisit publicam *Brockesius*,
 nullo modo comparare debemus. Primus eorum anno seculi decimi sexti
 XXXIII scriptus est ^{l)}, uti animaduertit modo memoratus *Iuris consultus*.
 Posteriores autem sine die et consule prodierunt et *Brockesius* ^{m)} illos circa
 idem tempus esse compositos ac ex aliis antiquioribus exscriptis arbitratur.
 Haud aliter sentit *Dreyerus* ⁿ⁾ ac licet ingenue me fateri oporteat, ex tem-
 pore, quo sunt exarati, nihil aliud colligi posse; quam quod isto adhuc ea
 usu obtinuerint forensi, quae continent, neque ex eodem concludendum
 esse ad ipsam aetatem, qua sunt compilati, immo mihi admodum sit pro-
 babile, longe antiquiores esse, si potissimum respicimus ad praecelta, quae
 exhibet, fere sine ullo discrimine solo ex iure patro petita, merito tamen
 concedere debo, eodem antiquioribus aetate haud ullo modo esse aequi-
 parandos atque iis per ducentorum vel minimum annorum spatium iuniora.
 Eadem ratione merito me monere oportet, differentiam quoque esse inter
 antiquiora illa ac sequentia intuitu auctoritatis. Rationes, cur fidem iuri-
 rum mediorum in dubium vocemus, plures adsunt. Solummodo priuata
 esse extra omnem dubitationem est positum hancque ob rem quoque evenit,
 ut in ordine rerum, quas tractant, admodum discrepant atque iis idem con-
 titit, quod quoque reperitur in codicibus *Juris Alemanni* manu exaratis,
 quum quilibet eorum suum singularem tenet ordinem, uti clare quisquam
 videt, si comparare velit editiones *Schilteri*, *Bergeri* atque *Senkenbergii*.
 Longe aliter comparata esse constat iura illa antiquiora, quae ante nomi-
 nauit. Ut clare patet, publicis senatus auspiciis sunt condita, ea, quae pro-
 ferunt.

A 3. art. mod. 11. ferunt.

^{k)} in der Einleitung zur Kenntniß der von einem Rath d. Reichsstadt Lübeck vorgangenen Verordnungen, pag. 200.

^{l)} H. Brockesius præfatione obseruationibus selectis praemissa.

^{m)} Dreyerus loco memor, p. 235.



ferunt eodem ordine exhibent, eandemque ob causam cum aliis ciuitatibus, verbi causa *Dantiscana*, *Tunderensi* aliisque communicata. Excitant tanto maiorem attentionem, quum ea aetate prodierunt, qua nondum aliis ciuitatibus esset usitatum, hoc modo publica auctoritate litteris designare mores suos, sed hoc negotium potius scribis ciuitatis, qui clerici essent, committeretur.

§. 5.

Explanatur, quod in illis traditur de consensu liberorum in alienationes parentum.

Omnia haec iura iam attentionem excitant, si solum ad id animus aduertimus, quod de consensu liberorum tradunt in alienationes a parentibus ipsorum faciendas. Silent quidem antiquiora iura de donationibus, quas unus conjugum alteri facit, nihil tamen minus ea iura liberis in bonis parentum suorum concedunt, quae profecto eos quoque impedirent, quo minus quidquam sibi inuicem donarent, si haud muniti essent liberorum suorum consensu. Memoratu iam dignum est decretum ei praemissum, quod iam nos tangit. Quum ita formatum est o: vir non posset impinguorare, vendere, vel dare uxoris suae immobilia, cum quibus ipsa adbaest, praeter eius voluntatem et liberorum, si liberos babuerint nisi legitima cogente necessitate, scilicet captiuitatis, satis, vel si in proprietatem dari deberet, tunc id sine contradictione facere poterit, praeter consensum uxoris liberorum quoque requirit, ubi maritus bona uxoris alienare velit ac simul partim indeterminata liberorum mentione, partim conditione adiecta, si liberos babuerint, haud obscure significat, haud interesse utrum bi liberi, quorum consensus postulatur, ab uxore sint procreati cum marito, qui iam bona eius alienare velit, an potius cum alio, quocum in matrimonio vixit, antequam ei nuberet, qui iam intendit alienationem sive oppignorationem bonorum ipsius. Satis evidenter hac sanctiones significant, liberos esse parentum suorum, dum viuant, condominos, hocque

o) Westphalen loc. mens.

7

Hocque iam lucem accedit decreto, quod supra recitau. Haud fin-
gere debemus ibi tantum de eo casu esse sermonem, quo quilibet conju-
gum iam in matrimonio vixit; antequam iam sunt consociati ac solum
rationibus liberorum prioris matrimonii esse prospectum ac licet id omnino
locum habeat secundum codicem Dantiscanum p) quum ibi verba ita sunt
posita: *cum masculis et feminis matrimonium contraxerint et tam iste, quam illa*
legitimam prolem habuerit; cessat in codice Tunderensi, qui Dantiscanum
*etate superat, vocula prius, neque illa reperitur in translatione Germani-
ca etiam a Westphalen vulgata. Speciatim deinde de donationibus inter*
virum et uxorem nihil traditur, universe tamen legumlatores prohibent,
*quo minus aliquid vir vel uxor cuiquam det sine liberorum aduersu. San-
ctio haec iam in Codice Dantiscano limitibus haud est circumscripia, cum*
vocem cuiquam omittit et ibi solum legitur, non posse bona sua dare; in
Tunderensi vox cuiquam satis luculenter monstrat neque donare posse unum
conjugem alteri sine liberorum consensu, quinque ordinarie consensus
unius in alterius factum nomine der Willkübr designaretur ac consentire
diceretur willküren, haud id negligebant Lubecenses q). Quum vel mini-
mum tacito de consensu liberorum in donationem inter virum et uxorem
significant, quod posteris suis placuit in statutis hodiernis: clare idem in
codicibus mediae aetatis proferebatur; ita, ut hi optimi simul interpretes
essent antiquiorum iurium satisque euidenter docerent, parentibus quoque
secundum decretum antiquius modo expositum haud licere sibi inuicem do-
nare, quam si consentiant liberi.

S. 6.

*Jura liberis, iure Lubencensi competentia explicitantur ex aliis Germanicis
iuribus.*

Haec quum de consensu liberorum in donationes parentum leguntur tam
in iuribus Lubecensis ciuitatis antiquioribus, quam in iis, quae media tuler-
aetas,

p) Dreyer Sammlung vermischter Ab- q) S. G. Hultzsch glossario Germanico
handlungen, Tom. I, p. 449. p. 2118.

aetas, neminemque fore arbitror, qui institutum hoc mere patrium esse negare audeat, quoniam omne id, quod ex iis translatum est in statuta recentiora, in patria nostra natum est, maioribusque placuit ante; quam leges Romanorum innotescerent. Idem tamen aliunde probari poterit, si partim ad leges ipsas partim ad diplomata confugiamus. Si a legibus incipiamus, ante omnia in mentem venit, quod *Tacitus* ubi successores vocat, quos quis, dum ex vita excedit, habet, liberos omittat.^{r)} Quum nullo modo id contigit, quod Germani eos ab hereditate paterna excluderint, sed ea potissimum ex ratione factum est, quod *Tacito* haud ignoratum fuerit, liberos condominos bonorum parentum suorum ex sententia Germanorum fuisse, hocque nomine eos parentibus haud succellisse, sed post eorum obitum ipsa bona, tanquam condominos retinuisse; nec sine ullo dubio aetate *Taciti* licitum fuit parentibus sibi inuicem donare, ubi liberi adsensum suum recusarent. Idem placuit iam *Ripuaris*, quum translationem facultatum iis tantum permetterent, qui procreationem filiorum aut filiarum non haberent; ^{s)} alio vero loco ^{t)} donationes, sine consensu liberorum initas solum ratas haberent, quamdiu parentes in viuis essent: quod si adfatismus fuerit inter virum et mulierem, post discessum amborum ad legitimos heredes revertatur, nisi tantum, qui parentem suum superuixerit, in elemosyna vel in sua necessitate expenderit. Inprimis memorata digna sunt, quae hac de re in legibus Baiuvariorum ^{u)} sunt cauta; si autem maritus qui nec filios nec filias, nec nepotes nec pronepotes, nec ullum de propinquis habet, sed in uxorem aut donarione ait testamento sive partem sive omnes conuulerit facultates, quumque hoc tantum casu marito concedunt bona sua in uxorem transferre, liberorum rationibus ita consulere student, ut simul tacite sine eorum consensu donationem inire haud permittant. Nonne autem idem sequitur ex regula illa satis nota, quam *Repgouius*, iuris patrii yndex ac stator, sine ul-

10

^{r)} de mor. Germanor. c. 20.^{s)} tit. 48.^{t)} tit. 49.

^{u)} tit. 14. c. 9. §. 3. I. Reinhard von dem Erbfolgerache der Töchter vor den Stammvetttern cap. 4. §. 19.

Io discrimine ac uniuerso profert v) obne der Erben Laub und lohne Geriche
mag kein Mann sein eigen Guth noch seine Leute vergeben? Neque illam omit-
tit Speculator Sueus hocque modo haud obscure per id significat, obtinuisse
hoc praeceptum quondam in uniuersa Germania, w)

§. 7.

Eadem iura liberorum ex chartis publicis.

Cum legibus iam coniungo alia litterarum monumenta, quae optime praecepta iuris maiorum nostrorum potissimum illustrant. Quum communio honorum inter coniuges in uniuersa fere obtineret Germania: non facile de alienatione quadam instrumentum consiciebatur, quo is qui in alterum fundum transferret, haud testaretur, consensu uxoris se iunxit esse, vel utriusque nomine venditionem vel alias alienationem factam esse significaret. Cuius quidem rei tot exempla sunt in manibus eruditorum, ut supervacanei operis culpam vix effugere possem, si aliqua nominare vellem. Verum enim vero nonnulli eorum latius progrebantur, quumque haud immemores essent condonii, liberis in parentum bonis competentis, eorum quoque consensus faciebant mentionem. Ut tantum ad dictis meis fidem faciendum, quasdam memorem chartas, confirmat tali diplomate Richardus comes de Rynecke x) donationem, a patre ejus ecclesiae Aschaffenburgen s) factam anno c100LXXXVIII atque addit: ceterum praedictis confratribus fideliter promisi, quod ego fratrem meum comitem de Lon omni nomine, prece, et pretio inducerem, quatenus ipse tecum et ego secum manus communicata ut idem factum firmius et inconsulsum permaneret. Aliud quod anno c100CXXXVII est datum y) tellatur, Eberwinum militem de Harwingheim quidquam iure proprietario liberis contulisse, filiis suis Rudolphi Canonico et Eber-

win

v) l. 1. art. 52,

w) cap. 309.

x) Gudenus ead. diplom. tom. 2. p. 23.

y) Id. m. l. p. 71.



wino milite consentientibus. Neque minus occurrit in alio, anno circ̄ 1100 exarato formula a) communicata manu uxoris meae Cunigundis puerorumque meorum atque alio, quod anno circ̄ 1100 est scriptum a) consenſu Elisabeth uxoris suae, filiorum ac beredum suorum aliorum.

§. 8.

*Jam ex his disquiritur, ex quoniam iure sanctio juris Lubecensis l. I. t.
6. art. I. sit explicanda.*

Ita quum res sese haberet, neque negandum, solum ius patrium traditum in loco illo statutorum Lubecensium, qui iam a me illustrandus est, faciliter quoque negotio quaestione decidere possumus, utrum ex illo; an potius ex iure Romano lumen illi accendamus, quod desiderat. Difficillimum vero est ex communī omnium sententia, statuere, quid juris sit apud nos in hoc vel illo casu eam praecipue ob causam, quoniam tam diverso utimur iure non solum patro, sed etiam peregrino. Ardua hinc quum quaestio sit ac difficilissima, quae semper iurium doctores exercuit: quinam sit habitus juris peregrini erga ius Germanicum? aliaque iam quaestio sit de interpretatione legum statutariorum, num sint semper strictissime interpretandae, id est ita, ut iuri communī derogent, quam minime, stentque ab ultra que parte litigantes magni nominis, quorum rationes iam recensere huius non loci est, liceat mihi tantum addere: patria iura non iure meritoque semper pro legibus nouioribus, quae derogent tantum antiquiori iuri peregrino, haberet, sed plura eorum antiquiora esse ideoque maiore auctoritate, quam receptum jus peregrinum. b). Inter ea vero, quae receptio iuris peregrini secum habuit incommoda, minimum mihi hoc non videtur esse, quod ab eo tempore tanta confusio juris Germanici cum iure peregrino exorta

fit,

a) Id. m. I. p. 93.

a) Id. m. I. p. 99. Addas t. I. p. 315.

b) I. S. F. Böhmer de praeiudicio Iuris Germanici prae Romano in causa priuatis Francos, 1755.

sit, ut saepius difficillimum sit, iura haec a se inuicem separare. Quum subtiliora essent ideoque quum magis exculta iura sunt peregrina, grata eorum esset nouitas ampliorque disputandi campus pateret c), euenit nostra in Germania, ut per multa secula ignari essent non solum jureconsulti iuris patrii illud que negligenter, sed etiam omnia Germanorum propria instituta ad Romanorum principia contorquere omni studerent opera. Recentiori autem tempore aliter sentiunt Jureconsulti saniores et purgant potius instituta iuris patrii a principiis iuris Quiritium. Licit itaque summus vir D. Meinius in commentatione ad Jus Lubecense d) praemittat primum Theoriam juris Romani et deinde ad articulum primum initio statuat, nullibi in iure Lubencensi circa prohibitionem donationum inter V. et V., discessum esse a iure communi, eius tamen auctoritas usque eo haud valet, ut eius in sententiam discedam, ac libertissime potius Herm. a Dubn e) suffragor. Certe oleum atque operam perdidit Meinius, ubi magna cum opera eruere studet, ut unico tantum exemplo reūn illustrem, de quanam donationis specie sermo sit hocce titulo iuris patrii, utrum solum de donatione inter viuos, an solum de ea mortis causa, an de utraque, mentemque prodidit anxia hac disquisitione Jure Romano ita imbutam, ut nullo tempore sese possit a distinctionibus liberare Juris Romani. Iure enim licet communi magnum intersit inter donationem, quae sit inter viuos et eam, quae mortis causa sit, quum ratione modi ineundi, tum ratione effectus, exsulat tamen iure patri plane haec differentia, nulliusque usus est hac in materia, inutilisque idcirco labor est et frustraneus, longius disquirere, de quanam donationis specie sermo sit titulo allegato. Verum enim vero nullas is, id quod statim patet, solemnitates requirit singulares in donatione mortis causa, nullamque differentiationem statuit; cum *donatio*, inquit, *rata est f)*. Irreuocabilis igitur statim est donatio, quae sit eo modo, quam praescribunt leges Lubecenses,

B 2

inter

c) Runde. *Wie kommt der Deutsche zum Gebrauch des römischen Rechts?*

D. Museum 1780, St. 1,

d) od. I. 1. A. 6.

e) Diff. alleg.

f) *Die Uebergabe ist kräftig.*

¶

inter conjuges, cessat quedammodo dispositio et alienatio rerum donatarum, cessat testamenti factio super donatis, nec tamen heredibus praemorientis debetur aliquid, quoniam iis iam relicta est legitima, modiisque hunc addere voluisse videntur patriae leges, quo heredum querelis satisfiat hoc que rejiciantur.

§. 9.

Fundamentum sanctionis iuris Lubecensis de consensu liberorum in alienationem.

Haec de origine singularis illius instituti quod liberis, tam euidenter fuit; iam eius ad indolem. Si ante omnia ad verum illius fundamentum accedimus, partim illud ponendum est in sati nota illa communione bonorum inter conjuges ad eorum liberos seque quoque extende, partim in limitibus ex illa promanantibus, quibus circumscribit patrum ius alienanda facultatem eorum, qui tali communione vinculo sunt iuncti.

§. 10.

Quaedam de communione bonorum.

Si primum animum aduertimus ad ipsum bonorum inter conjuges communionem, nihil aliud ea videtur esse, quam condoninium utriusconiugi in bonis alterius pro induiso competens. Quam quidem communione institutum esse Germanicae originis; nec ex iure Quiritium repeti posse, omnes saniores consentiunt Jureconsulti g) nec operae pretium esse arbitror, refutare eos, qui illud deducunt ex iure Romano. Quamvis omittam iure quodam meo quaestiones: utrum iam *Cæsaris* tempore apud *Gallos* et *Taciti*

g) *Länge von d. Gütergemeinschaft*
1 Haupft. §. 6. G. L. Böhmer D.
de iuriis et obligationibus conju-

gis superstitis ex communione bono-
rum §. 1, p. 3.

Tacitū apud veteres obtineat Germanos honorum illa inter conjuges communionis b), hoc tamen certissimum esse arbitror, in iure provinciali Saxonicō et Suevico inueniri loca quaedam, ex quibus non obscure hoc communionis institutum cognoscitur i) quod plura hodierna Germanorum intra integrum seruarunt, alia ad adquaeſtum reſtingunt, ideoque particularem tantum habent honorum communionem, alia eam plane recepto iure Romano negligunt. Jam me conuerto ad patria iura. Controuerſiarum plena est doctrina de communione bonorum inter conjuges, quas omnes recensere nimis longum effet et a scopo meo alienum. Omni caret dubio, niſi omnia me fallant, locum habere Jure Lubecensi honorum inter conjuges communionem eamque uniuersalem. Probat enim hoc obligatio uxoris foluendi aes alienum mariti k) probat dispositio, qua maritus bello captus liberatur bonis, quae conjuges contulerunt, sive ab uxore fuit illata, sive alias quaefita, l) probat, ut omittam reliqua, diuīſio bonorum, defuncto alterntro conjugum inter ſuperflitem et liberos m). Nituntur vero omnes haec legum dispositiones nulla alia re, quam communione bonorum, quae inter conjuges est Jure Lubecensi. Uniuersalem vero eam esse, nec ad adquaeſtum modo adstringi, ex eo patet, quod nullam diſtinctionem honorum faciant leges, sed indiſtincte utriusque conjugis bona vocentur communia n). Omnia bona et praefentia et futura et adquisita et haereditaria ad communionem pertinere, liquet etiam ex ea dispositione, ſecundum quam vidua debitoris mortui, qui foluendo non eſt, liberare ſe potest ab omnibus in posterum creditorum actionibus, ſi curatorem ſibi dare cureret, cedatque intra ſex menses domo bonisque, tunica ſaltim et palla mediocri retenta o). Sufficiant dicta de communione bonorum, quae Lubecae inter conjuges eſt, cum mihi non sit propositum, hanc pertractare doctrinam. Aliqua fas erat pro

B 3

ferre,

k) LANGE I, c. §. r,

l) I. c. a. 6.

i) I. H. Böhmer de ſtatū donat, etc.
exc. ad P. 72. §. 31.

m) 1. 2. t. 2. a. 2.

n) 1. 2. t. 5. a. 7.

A) 1. 2. 5. a. 2.

o) C. 3. t. 2. a. 2.

ferre, quoniam ad liberos quoque pertinet ea communio, eaque tantum auctoritatis tribuit liberorum consensui ad donationes parentum inter se, ut inuiliidae sint deficiente consensu. Quod quidem ita sese habere ex eo potissimum patet, quod parentum alterutro mortuo communio inter superstitem liberosque possit prorogari ac deum separatione finiatur facta aut diuisione. Quomodo enim quaequo posset prorogari communio liberos inter conjugemque superstitem, nisi ad liberos quoque pertineret ea communio. Ostendunt hoc plures adhuc leges p), quos, ne nimis longus sim, omissit. Licebit itaque, si quaestio erit, quinam sub voce liberorum intelligentur, quorum de consensu sermo est, ita respondere: quod omnium liberorum, qui in communione cum parentibus adhuc sunt, consensu necessarius sit, ut valida sit parentum inter se donatio et quod, finita communione, amittat quoque vim suam et efficaciam hicce consensus.

§ 11.

De restricta libertate alienandi.

Ea quam communionis bonorum genuina indeoles sit non mirum est, quid sit, quod restricta sit iure Lubecensi libertas bona alienandi ratione rerum, quam ratione personarum. Aliud est in iure quodammodo dominum esse, aliud liberam de re disponendi facultatem habere, qua quis carere potest certo modo, sicut reuera dominus sit. Alienare vero nequeunt iure Romano omnes, qui sub tutela vel cura sunt pupilli, minores, prodigi, furiosi, mente capti. Alienare quoque nequeunt iure patrio mulieres q) virumque suorum non compotes r). Ius commune licet minime distinguant, quod ad testamenti factionem attinet inter feminas et masculos, potius hos et illas eodem iure condere patitur testamenta. Alter tamen res sese habet iure Lubecensi, quod priuat regulariter feminas testamenti factio-

p) l. 2. t. 2. a. 6. 7. 16. 26.

r) l. c. a. 3.

q) l. 1. t. 10. a. 1.

Factione ¹⁾ proditque unica huius prohibitiōnis exceptionem, qua feminae mercatrici licitum est condere ultimam voluntatem. Raro enim aut fere numquam femina habet bona acquisita hincque factum, ut testamentificatio ei regulariter sit prohibita. Quam quidem rationem ad omnes alienationes quadrare mulierum pater luculentissime. Melius vero hac in re et accuratius, quam Iura Romana, accommodare sese videntur principiis iuris generalioribus patria iura, dum praecipua, quae valent praecepta in alienatione inter viuos, extendunt etiam ad eas, quae fiunt mortis causa alienationes. Nonne enim testamentificatio reuera alienationibus annumeranda est? Et quae quaeſo adēſ ratio, cur denegemus ei, qui in viuis adhuc est, quod licitum est morientibus et vice versa? Alienatio inter viuos tantum licita est de bonis acquisitis, idem valet de testamenti factione ²⁾ mulieres sine curatorum consensu alienare nequeunt, idem statuit, quando testamentum condit femina ³⁾. Longe vero aliter sese habere Ius Romanum, ex eo potissimum appareat, quod minori nihil licet alienare, nisi assumto curatore, licet testamentum faciat validum sine curatoris quoque consensu. Quum fuit hucusque sermo de restrictione alienandi facultates, quod attinet ad personas, iam me conuento ad res, quarum alienationem restringit Ius Lubecense, quasque omnes recensendo, ne nimis longus sim, potius statim ad eam rerum divisionem me accingo, quae maximi momenti est in Iure Lubecensi, ad divisionem scilicet rerum in bona acquisita et hereditaria. Quod quidem discrimen licet hodie potissimum spectet ad nobiles et nitar in cura conseruandi splendoris familae ⁴⁾ tamen olim inter omnes obtinuit ingenuos ⁵⁾ ac demum sublatum est, introductio iure Romano, cui incognitum plane est hoc discrimen, in quo iure patro statutario plures nituntur leges. Licet definitionem bonorum hereditariorum sistens articulo

Ius

¹⁾ I. 2. r. 1. a. 14.

²⁾ Ludonici de denero iure bonorum acquisitor, et hereditarior, Halle 1714.

³⁾ ibid.

⁴⁾ Böhmer exere. ad P. 72, §. 33.

¶

Ius ^{z)} controveriarum sit plenior, tamen haec ex eo mihi videtur patere, quod primum vox *canfallen* ostendat, nec hereditariae requisitum necessarium esse, ut ab intestato ad aliquem peruennerit, deinde, gradus cognationis certus non determinetur hoc articulo, ideoque omnes potius comprehendantur eo, quibus ab intestato succedimus. Si quis vero heredem instituit, qui alias ab intestato ei succederet, cum Meuio ^{y)} statuerem, omnia, quae ad hunc peruennerint, pro hereditariis habenda esse, quum nullo modo definita institutione in heredem facta heres esse legitimus. Penitus vero non prohibita est alienatio rerum hereditiarum, sed ad heredum tantum adstricta consensu. Sub iis quidem proximos intelligi, aut eos, qui alias ab intestato succederent, ex eo potissimum apparebit, quod remotiores non, nisi proximo remoto succedant, proximus vero consentiat in alienationem, ut faueat remotioribus, quibus nulla injuria sit, si eorum consensu non regatur, quoniam nullum ius habeant, nisi remoto eo. Supplet vero summa necessitas heredum consensum, quam tamen alienans afferere tenetur iuramento, ac hoc etiam casu competit iis ius protimiseos et retractus. Admodum igitur favent patria iura heredibus proximis, quum sine eorum consensu alienari nequeant res hereditariae, tribuantque illis, in alienatione, quae fit cogente necessitate, ius protimiseos et retractus, illisque denique, ut me penitus accingam ad titulam, ex quo desumpta est *Dissertatio in alienatione rerum acquisitarum legitimam assignent octo solidorum et quartuor nummorum.* Quae quidem jura licet maximi ponderis sint, tamen ita restricta quoque est alienatio bonorum acquisitorum, ut tantum absit, ut debeat acquiescere, quemadmodum ceteri heredes proximi legitima quādam relictā, et exhibitis, quas leges postulant, solemnitatibus, quin potius maritum inter et uxorem, quibus ex conjugio liberi supersunt, nulla substitat patrio iure donatio, nisi liberi consenserint ^{z)}. En praecipuum sane ius liberorum et dispositio iuris notata digna quam maxime, Possit licet,

qui

z) a. 6. t. 10. l. 1.

z) l. 1. t. 6. a. 1.

y) ad I. Lubec. a. 6. t. 10. l. 1. v. 46.

Qui gaudet similibus, allegare Ius Romanum, quod habet reuera quadam leges ^{a)}, quae simile quid videntur indigitare cum hoc iuri Germanici instituto, quum sui heredes viuo quodammodo patre bonorum eius domini existentur et de continuatione quadam loquantur dominii in casum mortis parentis, tamen absit a nobis, ut confundamus hasce leges cum instituto patrii omnino originis, arbitremurque hoc dicis gratia dominium, quod liberis iura Romana in bonis parentis concedere videntur, quodue reuera tantum theoriae de suis heredibus gratia inuentum videtur esse, aliquem habere effectum, dum viuunt adhuc parentes, legitimum.

§. 12.

Voce liberorum contineri nepotes quoque et pronepotes, eosque qui in utero adhuc sunt.

Quum negandum non sit, loqui articulum primum in fine de consensu tantum liberorum, nulla facta mentione nepotum pronepotumque, exoritur iam quaestio: utrum hi quoque sub voce liberorum comprehendantur, an minus? Si posterius statuendum esset, cellaret, si liberi deficerent, existentibus tamen nepotibus, usus articuli primi, et applicandus articulus secundustituli allegati, nepotumque deterior esset conditio, quum iure censerentur aliorum heredum proximorum. Quando vero liberi existunt, simulque nepotes, quorum parentes iamiam mortui, quaeritur iterum, utrum sufficiat solus liberorum consensus, nulla habita nepotum ratione, an potius hi parentem suum defunctum repreäsentent? Quum nullo modo decisio harum quaestionum ex titulo peti possit allegato, nihil magis naturale est, quam quod me iam conuertam ad leges patrias de successione ab

ib.

^{a)} §. 2. I. de hered. qualit. et diffar.
I. 12. D. de liber. et possit.

¶

intestato eiusque ordine, quarum quidem rerum magna inter se adest conexitas. Prioris vero quaestionis decisionem nisi in decisione posterioris ita certum est, ut, si habenda sit ratio nepotum pronepotumque mortuorum liberorum, quando postulatur consensus viuentium liberorum, nepotesque reuera repraesentent praedefunctum suum parentem et liberorum iure censeantur, nullam adesse videam rationem, nepotum negligi posse consensum nullis extantibus liberis. Verum enim vero hocce ius, quod nepotibus competere puto, in jure sese fundat repraesentationis. Quanquam non semper t'quantur patria iura successionis ordinem, qui Romano iure obtinet, hunc tamen optime rei naturae competere jure quodam statuo meo. Jure vero Romano primus est ordo descendantium, qui indistincte, utrum sint primi an remotioris gradus, ad successionem vocantur praedefunxit eorum parentibus. Quod quum iure repraesentationis fieri datur, nihil aliud iam est ius repraesentationis, quo nepotes pronepotesque omnesque descendentes parentum iure censemur praedefunctionum, in capienda portione hereditaria ascendentium. Videtur ius Lubecense, dum de ordine disponit successionis b), admittere minime ius repraesentationis, et excludere potius omnino a hereditate nepotes ceterosque descendentes, si liberi adhuc absint, quum proximos heredes capere iubeat bona defuncti separatque summa, uti videtur, industria, filios, filiasque a nepotibus neptibusque, neque negandim, Saxones, quorum mores Lubecensibus in primis placebant, antiquissimis temporibus nepotes ad hereditatem haud vacasse, ubi liberi primi gradus exstarent. Non solum id ex legibus ipsorum constat c); sed eiusdem rei incompletissimus testis est Witticindus d). Quae licet ita lese habeant omnia, tamen cum Mevio e) ex rationibus, quas nimis longum effet repetere, consentio, iusque repraesentationis arbitror locum habere statutis Lubecensium. Succedunt igitur praedefunctionum libitorum

b) l. 2, t. 2, §. 2.

iuria Germanici l. 2, t. 9, §. 23¹².

c) t. 6, §. 6.

tom. 2, p. 538.

d) l. II; annal. p. 644. Heinricius elem. e) ad l. e, n. 20.

liberorum filii filiaeque cum liberis adhuc viuentibus. Parentum igitur inter se ut valida sit donatio, non liberorum tantum consensus postulatur, sed nepotum etiam, nihilque interest, utrum soli ad sint, an una cum liberis. Nasciturum pro iam nato haberi, quando de commodis eius tempo est, ac abundare hanc regulam iuris pluribus et momentosis consecutariis, cui libet etiam tironi notum est. Nam vero exoritur quæstio: utrum eius, qui in utero adhuc est, ratio habenda sit, an sufficiat ceterorum consensus liberorum? Nullo modo maritum et uxorem, eisdem credo, inuicem sibi ita donare posse, ut valida sit donatio, praegnante uxore, quem nasciturus habeatur hic pro iam nato, eiusque ideo iura, deficiente illi consentiendi facultate, minime sint negligenda. Quod quidem assertum meum patria iura locis probant plurimis, dum idem iubent in casu, quo liberi existant, quod in eo, ubi uxor sit praegnans. Mariti enim debita, ut uno utar exemplo, nullis relictis liberis nec uxore prægnante, viduam non impediunt, quo minus omnia præcipiat statu ad conjugem illata, f)

§. 13.

Liberorum illegitimorum et legitimorum conditio.

Silit jus commune varias liberorum illegitimorum divisiones et diversam eorum conditionem, quod attinet ad ius succedendi in bona parentum, prout vel ad hanc vel ad illam speciem liberorum numerentur illegitimus, matrique licet plerique eorum ut legitimi succedant, tamen unico tantum casu patri et sub magna quadam restrictione. Omitto haec tanquam omnibus nota. Videamus, utrum patrum ius habeat quoque hasce liberorum illegitimorum divisiones, an minus? utrum succedant eorum aliqui parentibus, an semper arceantur ab hereditate? Ignorant vero patria iura varias illegitimorum liberorum species, quem nullam statuunt differentiatione ratione succedendi inter naturales, vulgo quæstos eosque, qui ex

G 2

damnato

f) l. 1. t. 5. a. 5. 2. l. 25.

¶

damnao nati sunt coito; nullamque diuersitatem inter hereditatem paternam, et maternam admittant, regulamque potius habeant, quod nullum ius hereditatem capiendi liberis sit illegitimis. g) Alia vero mihi videtur esse conditio legitimatorum plene talium. Desinunt esse plena legitimatione, quae per subsequens matrimonium tantum sicut iure patri b) liberi illegitimi ac potius, cum aliis liberis legitimis, eodem jure censemur. Quando igitur sermo est de consensu liberorum ad validitatem donationis parentum inter se necessario, minime erit ratio habenda liberorum illegitimorum, nisi sint per subsequens matrimonium plene legitimati.

§. 14.

Liberorum separatarum et diuisorum conditio.

Dividuntur Jura Lubecensi liberi in eos, qui separati sunt a laribus paternis, atque eos, qui non sunt separati, atque arcissimum cum parentibus iuncti sunt vinculo, quumque quandam ii vocarentur, qui sunt *in der Webre*, distinguebantur hoc nomine ab iis, qui non sunt *in der Webre*. Quas quidem diuisiones in communione bonorum nitit, quae viuis parentibus aliberos quoque pertinet, facilissimum erit ostendere. Referuntur enim iure inter modos finiendi hanc communionem, quod ad liberos attinet, diuisione et separatio a bonis parentum, hisque cessantibus prorogatur illa inter conjugem superstitem et liberos. Nimis longum esset et a proposito meo alienum, si omnem hanc vellem repeteret doctrinam ideoque potiora et maxime tantum necessaria licet addere. Est vero separatio actus, quo parentes liberis ex bonis communibus certam eum in finein partem assignant, ut recedatur a bonorum communione. Fit vero diuiso conjugum alternatio mortuo cum liberis, qui ex matrimonio supersunt, ratione omnium bonorum ita, ut dimidia eorum pars remaneat apud conjugem superstitem, transcat vero altera ad liberos eum in finem, ut sublata sit inter superstitem pa-

zenz

g) l. 2. t. 2. a. g.

b) Meius ad l. c. 73.

rentem liberorum bonorum communio. Et divisione igitur et separatione finitur bonorum communio. Quam vero conciliet ea tantum auctoritatem liberorum consensui, ut, eo deficiente, nullo modo subsistat inter parentes donatio, exinde iam sequitur, quod, cessante ea, cesset quoque et huius consensus auctoritas. Liberorum ergo separatorum et diuisorum nullam habet rationem Ius Lubecense, quoniam liberorum postulet consensum ad validam celebrandam donationem inter parentes.

§. 15.

Qualis aetas liberorum requiratur?

Supra iam dictum est, easdem alienandi restrictiones, quod attinet ad personas, quae iura habent Romana, inueniri quoque in statutis Lubecensium iisque super addidisse adhuc quasdam statuta. Minorum eadem jure patrio conditio est, quae iure Romano; Lubecensium vero quoniam ita sit comparata res publica, ut conditio eius optima sit vel pessima, prout commercia vel florent, vel labuntur, quid mirum, quod et iura statutaria saepius ante oculos habeant promouendorum studia commerciorum. Plura ideo eorum instituta nullam aliam rationem videntur habere, quam eam, ut securior sit mercatura, firmior fides, ut magis magisque florent, vigentque commercia. Ut unicum tantum in medium proferam, censentur minorres feminaeque eodem iure, maximamque restrictionem habent respectu alienandi facultatis, quae competit feminis sine tutorum consensu, iura statutaria dum prohibent alienationem ultra summam $2\frac{1}{2}$ numinorum. *i)* Excipliunt vero mercatrices hac ab re feminas, et instar harum obligant se valide sine curatore minores etiam in iis, quae ad mercaturam spectant, contractibus. *k)*

C. 3.

Pater

i) L. 1. t. 20. a. 7.*k)* Menius ad l. 3. t. 6. a. 21.

22

Patet vero ex hac exemptione minorum feminarumque a iure communi, quando commercia exercent, eam non feminis, minoribusque quatalibus, sed qua mercaturam gerentibus esse concessam, sicut eam ad fauorem mercaturae spectare, nec ultra negotia extendendam esse mercantilia. Sed matrimonio prole foecundo parentes sibi inuicem minime donare possunt, si liberi sunt minores, quoniam minores viginti quinque annis contentire nequeunt. Nec consentire potest filius mercator, quoniam in iis tantum rebus pro maiore habetur, quae spectant ad commercia. Quum vero locum habeat, ut iure communii, ita et legibus patriis aetatis veniam ^{l)}, habeaturque is, cui ea concessa, iure majorum, omni dubio caret, eius consensu effici, ut valida sit parentum inter se donatio. Quonia[m] saperest quaestio: an liberis tutores dari possint eum in finem, ut suppletur liberorum consensus; nullumque hac de re mentionem faciunt leges, erit iam nostrum ad analogiam refugere, similem aliquem proferre casum, et ab hoc ad illum argumentari.

Quem vere inuenisse me arbitror in Separatione liberorum. Quum enim postulent leges ad separationem liberorum consensum, quos maiores esse debere, clarissimum est, hocque deficiente tutorum admittunt auctoritate, nostro quidem iudicio et admittenda erit tutorum auctoritas, ubi agitur de donatione inter parentes celebranda. Minimo vero gaudent beneficio restitutionis in integrum liberi, si laeti sunt, minores, ^{m)}

§. 16.

Utrum tacitus etiam sufficiat consensus?

Consensus est declaratio voluntatis, quae conuenit cum voluntate alterius partis. Cuius quidem declarationis varias iura Romana habere species

^{l)} l. 1. t. 2. a. 6.

^{m)} Steins Einleitung zur Lübschen Rechtsgel, §. 152. n. 2.

cies res est notissima. Consensus enim est vel verus vel fictus; priörque item subdiuiditur in expressum et tacitum. Omnes has diuisiones norunt quoque paria iura, quum nitantur illae in rei natura. Erit vero potissimum consideranda consensus diuisio in expressum et tacitum; quem posteriorem ex factis colligisse secundum principia iuris Romani; cauteque adhibendum esse eius usum, cuiilibet facillime patebit. Notissima quidem est iuris regula: qui tacet, consentire videtur, ob quam silentium saepius pro consensu habetur tacito; eadem tamen maxima cum cautione applicanda. Quaestio, utrum tacitus sufficiat consensus liberorum ad sustinendam inter parentes donationem, prius exoriri nequit, quam si facta adsanct. ex quibus tuto voluntas liberorum approbandi donationem colligi possit. Contrarium haud statuendum est, quod in antiquissimo iure Lubecensi ⁿ⁾ non nisi liberorum coniuientia postuletur. Media enim aetate vocabulum hoc ipsum pactum denotabat, o) atque isto tempore Lubecenses illi eandem tribuisse notionem ex germanico verbo *Willebohr*, quod illustrationis gratia adiectum est, satis abunde constat. Persistere quoque potius debemus in eo, quod recentiori tempore hac de re cautum est, quumque filialis saepius inbeat liberos silere reverentia, solo ex tacito liberorum consensu liberorum approbationem probari posse, merito nego.

§. 17.

Utrum quaelibet donatio indigeat consensu liberorum?

Magnus est favor rerum hereditiarum heredumque proximorum, maior adhuc liberorum, id quod ex omnibus antea prolatis sat superque patet. Inter maritum enim et uxorem nulla de jure subsistit donatio bonorum, nisi liberi consenserint. Etsi considerauimus fere totam hanc iuris sanctionem, tamen, nisi fallor, duae supersunt adhuc quaestiones, quarum

una,

ⁿ⁾ apud Westphalen monum, ined. o) glossarium manuale Tom. 2. p. 660. Tom. 3. p. 619.

una iam haec est, utrum igitur nulla adhibita distinctione quaelibet parentum donatio inualida sit parentum, liberorum deficiente consensu? Minime vero quaelibet donatio indiget consensu liberorum, quum hic articulus indigit tantum, ut ex verbis (*libre Güter*) satis patet, donationem magnae bonorum partis, immo eorum omnium. Ad parentum vero, modicas minoresque donations non requiritur liberorum consensus. Quae vero modicae sunt donations, minime apud nos legibus est determinatum, nec potest huius rei ex iure Romano decisio, sed potius arbitrio iudicis relinquentur, cuius erit causam donationis, eius quantum, substantiamque donantis rite ponderandi cauendique ne repetita donatione fraus libet.

§. 18.

An superuenientia liberorum corrut donatione.

Plures sunt casus, quibus iure Romano licet donanti inuitio etiam donatario a donatione recedere inter viuos, inter quos etiam is locum habet, si donatori liberi supernascuntur post donationem. Qui quidem casus licet aliquauim similitudinem cum allegato iuris patrii habere vidantur, tamen reuera omnino differt ab illo. Quamvis controversum sit, anne pater iuri ob superuenientiam liberorum reuocandi donationem renunciare possit, tamen affirmantium sententia receptior est et iure fundatissima. p) Statuerunt enim leges hoc ius in favorem parentis, non in favorem liberorum, ideoque non ipso iure corrut talis donatio, sed necesse est, ut declaret voluntatem suam donans de re donata reuocanda, quae, volente eo, remanet apud donatarium. Quaeritur vero patrio iure an ipso iure corrut donatio superuenientia liberorum et inuitis etiam parentibus? Decisio autem aliqua expresa quim nullibi inueniatur, erit potius ea ex analogia et genio legum statutarium petenda. Allego iure quodam, vti credo, meo, hunc ins-

nem,

p) per ill. Walch in iure contr. p. 480.

nem, sanctionem, quod testamentum, quod quis ante natos condidit liberos, superuenientia liberorum irritum esse debeat et inualidum. q) Fauor denique tantus est, quo prosequuntur liberos patria iura, ut nullus dubito, etiam in fanorem statuendum esse eorum, quod donatio corrut eorum superuenientia. Mecum quoque facit Meinius, sed distinguit inter donationem m. c. et eam, quae sit inter viuos, affirmatque quaestionem priori casu, negat posteriori r). Equidein vero puto, quin nulla adsit differentia inter utramque donationis speciem, utroque etiam casu idem statuendum esse aut affirmandam simpliciter esse aut negandam quaestionem. Jam fatis est; repeteo, quae in prooemio dicta sunt, libentissime, liceatque mihi hoc tantum addere. Quod iubent leges patriae de donationibus inter virum et uxorem, valet quoque de omnibus aliis parentum donationibus, hocque tantum adesse arbitror discrimen, quod in materia donationis inter virum et uxorem nulla adsit differentia inter donationem m. c. et eam, quae inter viuos sit.

q) I. 2. t. 1. a. 5.

r) ad I. 2. t. 6. a. 2. n. 45,

et dicitur quod est obiectum huius massenam sed huius genitivum est
dicitur quod est obiectum huius massenam sed huius genitivum est
multo etiam invenit in libro de ratione et proportioniis. Et sicut et
ceteris primis auctores scribunt huius et huius genitivum est
et hoc videtur utrumque nullum sit. Sed huius et huius genitivum est
nisi sicut videtur multo etiam in libro de ratione et proportioniis.
Et sicut etiam in libro de ratione et proportioniis videtur
huius et huius genitivum est. Et sicut videtur
huius et huius genitivum est. Et sicut videtur
huius et huius genitivum est.

Halle, Frst, 1790-1800



P
R.



DISSE^RTAT^O IN AVGVRALIS
DE
D O N A T I O N E
INTER VIRVM ET VXOREM
SECUNDVM STATVTA LVBE^{CENSIVM} SINE LI-
BERORVM CONSENSV INVALIDA

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

C A R O L O A V G V S T O

DUCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE R.E.L.

EX
DECRETO ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS

PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE CONSEQUENDIS

A. D. XXVII. Maii. CLO CCCLXXXV.

P U B L I C E D E F E N D E T
A V C T O R
JOANNES HENRICVS KIPP
LVBE^{CENSIS}.

I E N A E,
LITERIS FIEDLERIANIS.